

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Leonis septemtrionalis notitia

Rauscher, Johann Martin

[S.l.], 1632

Tabula III

urn:nbn:de:bsz:31-102765



Tabula III.

In qua docetur, qua serie Serenissimus Rex Suecia GUSTAVUS-ADOLFUS ad Sanctam Birgittam, Illustris prosapia originem referat, quam perperam hactenus Tabula Bojorum genealogica, cum Lazio & Scipione Amirato (qui error & Matthao Radero, exquisita eruditionis Viro imposuit,) Palatino-Boica domo prognatam esse tradiderunt. Quemadmodum nec tabula Pontificia, quibus ea Cælitum syllabo adscribitur, ex vero Birgeri Suecia Regis Filiam esse perhibent: multò minùs Guise alicujus Suecia Principis natam, ut refert idem Matthaus Raderus tomo tertio Bavaria Sancta. Series, quam damus, historiarum Suecia, & cænobij Vastenensis in Ostrogothia Monumentis firmata est.

Petrus Andreæ, de Finstad.

Birgerus Petri de Finstad, Eques Auratus & Legifer per Vplandiam, de quo ita scribit Iohannes Messenius in Tumbis Heroum Suecia & Gothia. In choro Vpsalia S. Nicolao & S. Catharinae dedicato Gustavus Saxoniae, Engriae & Westphaliae Dux, Regis Gustavi ex filia Sophia nepos tumultus est, prope Cænotaphium illustris viri Birgeri, Petri de Finstad Legiferi per Vplandiam, & Parentis S. Birgittæ, Lapide Lydio venuste coopertum, cum hac Epigraphæ. *Hic iacet nobilis miles, Dominus Birgerus, Petri Filius, Legifer Vplandiarum, & eius uxor Domina Ingeburgis cum filijs eorum, quorum anima requiescant in pace.*

Petrus

Petrus
Birgeri de
Finstad.

Benedi-
ctus Birgeri
de Finstad:
quorum Fra-
trū nomina
extant ibi-
dem cippo
infulpta.

Israël Birgeri, Eques Auratus & Legifer Vp-
landiæ, repudiata Sueciæ corona Rigam se sub-
duxit, ubi retractis à folio ad tumulum cogi-
tationibus decessit. Defuncti corpus in Sue-
ciam perductum, & juxta Patris sepulchrum
reconditum fuit ab Vxore Ramfride, Filia no-
bilissimi Viri Iohannis Angeli, Sorore Israëlis
I. Episcopi Arosiensis, qui Sigtoniæ in Familia
Dominicanorum antea Theologiam professus
erat, & Andrea Vpsaliensis Ecclesiæ Præpositi.
*Messenius in Episcopis Arosiensibus, pagina 94. &
in Suenopentaprotopoli pag. 52.*

S. BIRGITTA fundatrix celeberrimi
apud Ostrogothos monasterij Va-
stenensis: Vxor Vlphonis Gudmari,
quo viduata Romam profecta est,
ibiq; die S. Apollinaris A. 1373. de-
cessit, ætatis 70. Ejus ossa in Sueci-
am translata sunt, & cœnobio Va-
stenensi post annū illata. Mater fu-
it, juxta Volaterranum, octo libe-
rorum, inter quos numerat Messe-
nius Gudmarum. S. Catharinam
Eckhardi de Kirn conjugem, & po-
stea cœnobij Vastenensis Antistitā.
Birgerum in Ringsthalholm defun-
ctum 1390. Carolum 1398. mortu-
um, & Cæciliam. inter Indigetes
relata est ab Urbano VI. Pontifice,
annitente Birgero Georgij Archi-
episcopo Vpsaliensi.

Helena nu-
pta Caro-
lo Vlpho-
nis de Tof-
ta, Mare-
schallo Re-
gni & Le-
gifero Vp-
landiæ, viro
cum primis
erudito de-
functā: de-
cimo septi-
mo Februa-
rij, anno à
Christo na-
to 1410.

Rambur-
gis nupta
Amundo
Ionæ, E-
quiti Au-
rato & Re-
gni Con-
siliario,
quæ vixit
anno post
Christum
1380 ut
refert *Eri-
cus Geor-
gij Salm,*
*in Arbore
Regia.*

Margaretha, conjunx Stenonis
Turonis, defuncta Anno Christi
1429.

Bir-

Christina, conjunx
Amundi Sturonis,
Equitis Aurati.

K Gu-

Birgitta nupta Gustavo
Sturoni, ut in tabula secunda
antecedente.

Gustavus Sturo cui uxor
Birgitta, Filia Stenonis Tu-
ronis.

Birgita uxor Iohannis Chri-
stierni de Oreby, mortua in puer-
perio anno 1472.

Birgitta uxor Iohannis
Christierni de Oreby.

Ericus de Gripsholm.

Ericus de Gripsholm.

Gustavus I. Rex Sueciae.

Gustavus I. Rex Sueciae.

Carolus IX. Rex Sueciae.

Carolus IX. Rex Sueciae.

Gustavus-Adolphus
Rex Sueciae.

Gustavus-Adolphus
Rex Sueciae.



Ad Potentissimum Suecorum Regem.

*Q*uas cupiit proprias excelso in Principe dotes.
In Cyro Xenophon finxit inesse suo.
Si te vidisset, veterum Rex Magne Gothorum,
Diceret effigiem Principis esse sui.
Tàm placidè regnas, tàm fortiter arma laceffis,
Pro lege est populis & tua vita tuis.
Non tamen in terris est, à quo discere possis,
Regnandi è caelo, Rex, tua forma venit.

Nu-